



Σὺν θεῷ καὶ νῷ.

PRÆMISSUM Candido & Benevolo Lectori ALLOQUIUM.

Rerum omnium præpotens Conditor;
cum totam hujus universi machinam,
cœlum & terram, crearet, hominem-
que ad imaginem suam animâ ratio-
nali & humano corpore illius erga-
stulo condecoraret, eodem etiam tempore terram
variis & immensis beneficiis, ad vitæ humanæ su-
stentationem necessariis, accumulavit: sylvas mul-
tiplici animantium genere & sexu: mare & flumina
reliqua piscibus: aërem volatilibus: campos her-
bis, fruticibus, arboribus & innumeris floribus or-
navit, ac montes unà metallis ac mineralibus dita-
vit, ut cœlestè animal, homo, in quem quasi omnia
sunt congregata, quæ Numinis Divini Majestas in res
cæteras, aliud alii tribuens, dispergiit, dominus il-
lorum sit, quibus partim ad corporis tutelam, par-
tim ad medicinam in casu necessitatis uti possit. Ex
quibus Naturæ Consulti, & ex his Medici tria for-
mârunt Regna, Minerale, Vegetabile & Animale.
Minerale ex mineralibus: Vegetabile ex plantis:
Animale ex animalibus desumpta medicamenta
suppeditat.

Inter hæc autem medicamenta ex triplici Regno

A peti-

AD LECTOREM.

petita mineralia & metalla medendo vegetabilia &
animalia longis superant parasangis, iisque fortiora
nec non efficaciora sunt. Hæc enim agunt in nos
tantisper atque stomachus circa illa operatur, nec
ulterius pergunt, quin prius omne deponant fermè
remedii robur; malè siquidem ageretur nobiscum,
si stomachus non bene valens domare assumptum
vegetabile illud non posset subter clientelam suam
subigere, si viribus integris ad corporis habitum
pergeret, excrementorum consors quoque fieret,
vel sanguificandi œconomiam turbaret, & ita ma-
joris difficultatis & operosioris laboris effectus
eiusmodi remediorum esset, quam fructus inde ex-
spectandus. Metalla contrà & mineralia nequeunt
unquam in alimentum abire, sed suos servant fines,
ut quæ non in cibos, sed ad medelam sunt destinata
pharmaca, perseverent, et si intrò assumpta. In sto-
macho namque incipiunt radium directum virium
suarum virtutemque dotalem exponere, ut in cor-
pus totum sparsâ haustâ in Archeo viriali irorra-
ta sanitas inde succedens avidè suscipiatur. Sunt
etenim metalla specula quædam lucentia, quæ vim
habent penetrandi & illuminandi Archeum à suis
erroribus, furoribus & defectibus, quod illum re-
stituant in nitorem tincturâ dotalis perfectionis.
Et quamvis talismodi mineralia non sint cibalia,
nec de sorte corporis humani participant, speculi
tamen internam vim habent, atque maximè pote-
statem efficacem, Archeo humano integro sedato-
que contiguam, qualis erat Archeus ante mentem
conceptam, quæ postmodum à recto sui tramite
alienata est. Has insignes dotes à Deo ter Opt. Max.
obtinent, ut digestivæ potestati plenissimè pertina-
citerq; resistant, ne in alimentorum reimplicam
defle-

deflectant, & ita geniales sui potestates liberas ac
infractas servent.

Sunt quidem, qui usum internum mineralium,
principue mercurialium, antimoniorum, metal-
licorum & salinorum ex medicina deturbant, cum
sint venenata, acria & corrosiva. Verum non omnia
metallica sunt venenata. Ita medicamenta Martia-
lia, Jovalia, Saturnina, rite preparata, innoxia ac
salutaria sunt remedia. Et si quædam, ut $\text{\textOmega}nium$,
 $\text{\textOmega}rius$, &c. veneni nomine suspecta sint, venena
separanda sunt à remediis, & remedia à venenis. Sic
 $\text{\textOmega}nium$, inquit *Helmontius tr. de Febribus. cap. 15.*
quamdiu vomitum aut sedes movet, & $\text{\textOmega}rius$, revi-
vificari potest, venena sunt, nec viri boni remedia.
Sed dum ad apicem venerunt, in quem à Deo de-
stinantur, nemo mortalium illorum virtutes inda-
gare, & elogii condignis condecorare potest. Cla-
mant in cælum præstantissimarum rerum potesta-
tes, se frustra quasi venisse, vix quemquam esse, qui
vincula earum solvat, ut benevolentiam, quam
mortalibus debent, persolvant. Si qua etiam acri-
monia aut corrosio adeat, per artem chymicam ita
corrigi potest, ut sèpè saccharo evadat dulcior. Fa-
cilius & ad manuū hoc patet, v. gr. flammula, ra-
nunculus, apium risus, &c. vim suam causticam
mox destillando deponunt: hydropiper acrimo-
niam: $\text{\textOmega}rius$ sublimatus vim corrosivam &c. Spir-
itus $\text{\textOmega}lis$, $\text{\textOmega}li$, $\text{\textOmega}tri$ corrosivi rectificando mite-
scunt: Cinnabrium nativum, seu Minium naturale
tostione, sublimatione, coctione & lotione vim
suam venenatam ac corrosivam amittit. Deinde
non per se, sed cum aliis, intentioni Medicirespon-
dentibus vehiculis, mista propinantur. Si ergo me-
tallica medicamenta rite correcta fuerint, mitigata

AD LECTOREM.

4

& methodicè adhibita, metus iste, *Δαθεσιν* perniciosa scilicet post se relinquere de nihilo est. Et sic omissis exemplis aliis, sola Cinnabaris nativa, seu mineralis, quam etiam Minium naturale diximus, optimè depurata, scoriisque suis venenatis ac malignis liberata, suas maximè notabiles & mirabiles vires in desperatissimis etiam morbis, cum symptomatum multorum congerie stipatis, exserit. Licet enim directè & per se non sit diaphoretica, polychrestum tamen exaltatorium & præsentissimum ac securissimum alexiterium est, & præsertim in phantasiæ vitiis, convulsionibus epilepticis, pleuritide, suffocationis hypochondriacæ (hypertrophicæ) ne laudano opato sàpè sedandæ, & colicæ tormentinibus placandis, in arthritide vaga, lue vene-rea, scabie maligna, variolis, morbillis & innumeras aliis cùm internis, tūn externis affectibus debellandis miranda præstat ; cùm enim *♀re* *♂ni* & *♀rio* polleat, utriusque beneficio dolores sedat, venenum epilepticum domat, atque alias morborum impetus gravissimos reprimit. Et cum interdum noxa quædam ab ejus usu orta, certè non ipsi directè & per se erit tribuenda, sed vel minus ritè præparatæ, vel inconvenienter in usum ductæ ; atque hoc modo erit, ut in manu furiosi gladius.

Quare Cinnabaris hujus nativæ & mineralis, seu Minii naturalis naturam & vires, cùm materia difficilis, rara, nobilis & præstans sit, atque de ea examinissim exacteque nemo scripserit, vilegum Naturæ Curiosorum, indagare ac examinare præsens erit noster labor, cui Deus in Trinitate unus suâ gratiâ ac benedictione adesse velit ! Te verò, Lector Humanissime, maximoperè rogamus, Tractatum hunc minus exasciatum animo benevolo accipere,

pere, atque in posterum plura in summum Reipublicæ Medicæ ornementum ac commodum à nobis exspectare non dedigneris.

C A P U T I.

*Cinnabarin Nativam, seu Minium Naturale
ad Mineralia refert.*

Admodum latè sumitur vocabulum mineralē; in communi de quovis fossili prædicatur, quod è terra eruitur; ita enim origo vocabuli ex *Hebreo* (è terra) potissimum indicat; in specie tamen illa tantum mineralia dicuntur, quæ metalla sunt, aut metallis grava; sic propriè, cum venæ metallicæ lapidibus intermixtæ sunt, ejusmodi lapides Germanicè *Erzstueffen* appellantur, ut *Onium*, bismuthum, Zinckium aliaque mineralia vocantur. Metalla verò perfecta, ut aurum, argentum cæteraque nonnisi genericè mineralia nominantur, sed nomen metalli specialiter servant, quod ab *Hebreo* *Metil* (fundere) originem dicit.

Mineralia hæc distinguunt Physici & Chymici in metalla vera & perfecta, & imperfecta, veris tamen & nativis affinia; deindè partes quasdam mineralium considerant, vel naturā, vel arte factas, hæcque mineralia sive metallica decomposita vocant, ad differentiam simpliciorum compositorum, quæ duplia sunt; eorum enim aliqua imperfectè mixta sunt, hinc friabilia sunt; aliqua perfecta sunt; hinc malleabilia. Mineralia perfecta metalla vocantur; & hæc iterum vel perfecta, vel imperfecta sunt. Perfecta sunt, aurum & argentum. Imperfe-